



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De terræmotú Antiochiæ regnante Tiberio. Caput XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

ἄκοι μίτωρ dicitur, vitam valde inopem & austeram trāsegerat: cuius temporibus nihil in statu ecclesię nouatū fuit.

De terræmotu Antiochiæ regnante Tiberio.

Caput XVII.

ANtiochiæ potro, & Daphnæ, quæ est illi finitima, ad tertium annum imperij Tiberij Cæsaris tam ingens terræmotus in ipsa meridie extitit, vt Daphne tota, eius vi & impetu concideret, & Antiochiæ ædificia tam publica, quàm priuata ad terrā vsque distrumperentur illa quidem, sed non ita tamen, vt ad solum ruerent. Acciderunt præterea tum Antiochiæ, tum Constantinopoli alia nonnulla, quæ longum sermōnem requirunt: quæ quidem certe vtrāque urbem grauius exagitarunt, & in maximas turbas coniecerunt: atque vt ex diuino quodam zelo orta sunt, sic exitum habuere planè admirabilem, de quibus deinceps verba facturus sum.

De tumultu qui propter scelestum Anatolium

fiēbat. Cap. XVIII

ANatolius quidam, vir primum quidem plebeius & mollis, postea verò ad magistratus & alia munera obeunda subdolè, nescio quo modo, arrepsit, & Antiochiæ ætatem traduxit. Quo in loco res, quas habebat in manibus, sedulo executus est. Vnde cum Gregorio eius urbis antistitæ maximam conflauit familiaritatē: perfæpeq; illū adiit, partim gratia de negocijs suis colloquēdi, partim vt maiorem authoritatem ex crebra eius consuetudine sibi conciliaret. Iste Anatolius hostias simulachris immolasse fortè deprehensus est: qui cum vocaretur in quæstionem, homo impius, præstigiator, & infinitis inuolutus sceleribus repertus fuit. Et tamè parū aberat, quin & ipse, & sui oēs (habuit nāq; alios sui similes, qui idolis ita de sacrificasse manifestò tenebātur) liberi dimissi fuissent, nisi populus excitato tumultu, omnia turbis ita miscuisset,

Qq 2 vt con-